



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Pastorale Missionariorvm**

**Verjuys, Jean-Baptiste**

**Antverpiæ, 1682**

3. An liceat se negare esse sacerdotem aut Religiosum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41565**

### III. DE FIDE EXTERNA. 93

displiceat. Qui enim fingit se in fide dubitare ,  
fingit se fidei certitudinem negare , sine qua  
fides non esset fides. Talis etiam fictio dubita-  
tionis injuriosa est infallibilitati divinæ verita-  
tis seu testimonii.

#### ARTICULUS III.

*An liceat negare se esse Sacerdotem aut  
Religiousum si hoc ab infideli petatur.*

**R**Espondeo affirmativè: hoc enim non est  
fidem negare , sed tantum statum: potest  
enim servus Christi esse & verus Catholicus ,  
licet non sit Clericus , Sacerdos aut Religio-  
sus ; Et si fidem negaret qui se Religiousum aut  
Clericum negaret , non liceret etiam uti veste  
sæculari , quod nemo dixerit. Et idem dicen-  
dum est de quacumque actione , sine qua  
subsistere potest fides , ut si Sacerdos interro-  
garetur an celebraverit , aut laicus uerum sa-  
crum audiverit ; illa negando non nisi offi-  
ciosum & veniale mendacium committeretur ,  
à quo etiam excusari possunt aliud dicendo ,  
quo formale mendacium evadant. In illis  
igitur & similibus casibus nec directè , nec  
indirectè fides negatur.